

V. 25. οἶδα ἐγὼ, ὅτι αἰένναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων, ὅτι
γῆς ἀναστήσει

V. 26. τὸ δέριμά μου, τὸ ἀνατλήν ταῦτα. ὅσα γὰρ κυρίως
ταῦτα μοι συνετέλεσθη.

V. 27. ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ἃ ὀφθαλμός μου εἶρα-
κε, καὶ ἔκ ἀλλοῦ, πάντα δὲ μοι συνετέλεσαι ἐν
κόλπῳ.

Quæ verba in eodem opere regio sic redduntur:

V. 25. Scio ego, quòd æternus est, qui solvere me de-
bet, super terram suscitare

V. 26. Pelleam meam, quæ tolerat hæc: Ab enim Do-
mino hæc mihi confecta sunt.

V. 27. Quæ ego mihi conscius sum, quæ oculus meus
vidit, & non alius, omnia autem mihi con-
summata sunt in sinu.

Editio autem Basileensis sic habet:

Οἶδα γὰρ, ὅτι αἰένναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων, ὅτι γῆς ἀνα-
στήσει τὸ δέριμά μου, τὸ ἀνατλήν ταῦτα. ὅσα γὰρ
κυρίως ταῦτα μοι συνετέλεσθη.

Differentia lectionis consistit potissimum in tribus. 1. Ba-
sileensis editio loco pronominis ἐγὼ habet conjunctionem *Variatio e-*
causalem γὰρ, id quod tamen in sensu nihil immutat. 2. Edi- *ditionum*
tio regia v. 25. habet infinitivi activi aoristum i. ἀναστήσει *Græcarum.*
suscitare, ubi repetendum est præcedens participium
μέλλων, ut sit sensus: *qui vult etiam aut debet suscitare.* Exem-
plar verò *Basileense* habet futurum indicativi medii ἀναστήσει
suscitabit. 3. Editio regia v. 26. legit τὸ ἀνατλήν; *Basileensis*
autem habet ἀναντλήν, quod participium est ab ἀναντλέω,
exhaurio, absumo; unde est Latinum antlare, & exantlare,
quo pacto unâ Jobi miseria & tolerantia vel malorum exant-
latio innuitur.

Vulgata versio:

V. 25. Scio enim, quòd Redemptor meus vivit & in novissi-
mo die de terrâ surrecturus sum.

V. T. Vol. Disp.

B

V. 26.